



Pr. 28. An. 1791

DISSERTATIO INAUGURALIS,

De

**USU PRACTICO
DISTINCTIONIS
HOMINUM IN LIBEROS
ET SERVOS,**

Quum
**RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,**

DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENB. ET DUCATUS MAGDEB. GUBER-
NATORE, RELIQUA.

Ex decreto & auctoritate Illustris Jctorum ordinis
PRESIDE

DN. CHRISTIANO THOMASIO,
POTENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS CONSILIARIO
INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE
AC PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ
ORDINARIO, h. t. DECANO,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque jure honores & Privilegia Doctoralia
legitime consequendi
IN AUDITORIO MAJORI

Die 30. Septembr. An. M DCC XL horis ante & pomeridiana
Publico Eruditorum Examine submittit,

FRID. WILH. von der PORTZEN
Clivia-Clivenfis.



HALÆ MAGDEBYRGICÆ, LITERIS SALSFIELDIANIS.

VIRO NOBILISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
ARNOLDO HER-
MANNO
von der **PORTZEN,**
Jcto, ORDINUM DUCATUS
CLIVÆ SYNDICO BENE
MERENTI,
PATRI INDULGENTISSIMO

Dissertationem hanc Gratæ Mentis
indicem consecrat

FRID. WILH. von der PORTZEN.



DISSERTATIO INAUGURALIS,
De
USU PRACTICO DISTIN-
CTIONIS HOMINUM IN LIBEROS
ET SERVOS,

CAPUT I.

Sententia & emendatio juris

Romani.

SUMMARIA.

Desiderata in titulo instit. de jure personarum. §. 1. Definitio personae & status. §. 2. Status homonymia. §. 3. Status libertatis & ejus oppositum. §. 4. Libertas & Servitus quid. §. 5. Servitus duplex. §. 6. Libertas triplex. §. 7. Differentia genuina mancipiorum & famulorum. §. 8. Jura Civilia de servis non confundenda cum jure Gentium. §. 9. Jure Gentium servi vel sunt, vel nascuntur. §. 10. Jure Romano fiebant vel venditione fraudulenta, §. 11. vel aliis modis. §. 12. Regula juris civilis Romani de servis. §. 13. ejus explicatio.

A

tio.

no. §. 14. Regula illa sublata non tollitur status servilis, sed jus Servorum. §. 15. Uti in Republica Romana factum post introductum Christianismum. §. 16. Coloni, glebe adscripti, veri sunt servi, non liberi homines. §. 17. Quid de servis mercenariis dicendum. §. 18. In servorum conditione triplex differentia. §. 19. Error Triboniani non excusandus. §. 20.

§. I.

*Desiderata in
titulo inslit.
de jure per-
sonarum.*



Malum omen, quod Tribonianus de jure personarum acturus in institutionibus nec docuerit, quid sit persona & quomodo vocabulum hoc in jurisprudentia Romana usurperetur (a), neque genuinam libertatis definitionem tradiderit, per quam liberos a servis distingvere possis (b). Alia ut taceam hinc inde monenda. Ergo licebit eos defectus paucis emendare.

§. II. Per-

(a) Est enim personæ vox valde homonyma. Ut enim taceam sensum Comicum, Logicè denotat individuum humanum; metaphysicè nescio, quid, de quo jam per plura secula cum maximo animi fervore litigatum, sed tamen parum intellectum est. De significatione personæ in Moralibus, vide Pufendorffium de J. N. & G. Lib. 1. c. 1. §. 12. seq.

(b) Nam servi utique habent naturalem facultatem ejus, quod ipsi facere libent, nisi vi vel jure impediuntur. Et nimis subtile est effugium nonnullorum, quasi scilicet servi non impediuntur vi vel jure, sed statu suo & conditione.

(c) Unde

§. II.

Persona hic est homo consideratus cum statu *Definitio*
 suo. (c) Status est qualitas moralis hominis, secundum *persona* &
 quam jure singulari utitur intuitu juris publici vel pri-
 vati, (d) *status*.

§. III.

Status vox vel late accipitur, pro qualibet tali *Status ho-*
 conditione, (e) vel stricte pro statu, cujus mutatio ca-
 pitis diminutionem parit, (f) ut hic. (g) Et tum
 A 2 est

(c) Unde apparet, qua ratio-
 ne cum titulo institutionum
 de jure personarum conveniat
 titulus Pandectarum, de statu
 hominum.

(d) Cum ergo & in jure
 privato varii status hominum
 considerentur, quatenus in
 regulis de acquirendo, vel con-
 servando, vel minuendo do-
 minio exceptionem faciunt;

constat, commodissime tra-
 ctatum de jure personarum

differri post tractationem de
 jure rerum & actionum, seu
 post tractationem de meo &
 tuo, & modis id persequendi
 in judicio. Sed placuit tamen
 Triboniano de jure persona-
 rum agere ante jura rerum.

(e) Hoc intuitu est vel na-

turalis vel adventitius &c. vide
 Pufendorff. *d. L. 1. c. 1. §. 7.* In
 hac lata significatione sumitur
 in titulo ff. de statu hominum,
 ubi etiam regula de jure pe-
 culiari masculorum, femina-
 rum, nascendorum, furioso-
 rum &c. traduntur *L. 7. 9. 10. 17.*
20. 26. d. 1.

(f) Inde Senatu motus di-
 gnitatem magis quam statum
 mutat §. 5. de *Cap. Minus.*

(g) Nihil enim in instituti-
 onibus tractat Imperator, quod
 ad jura personarum attinet, quam
 divisionem in homines liberos
 & servos, & in eos qui sui vel
 alieni juris sunt, quorum prior
 ad maximam capitis diminutio-
 nem, posterior ad minimam
 pertinet.

(h) Imo

est triplex, vel libertatis, vel civitatis vel familiæ. (h)

§. IV.

*Status liber-
tatis & ejus
oppositum.*

Secundum statum libertatis homines dicuntur liberi, quibus opponuntur servi, (gg) qui intuitu juris Romani proprie neque statum habent, neque pro personis reputantur. (hh)

§. V.

*Libertas &
servit quid?*

Cum vero Liberi & Servi à libertate & servitute dicantur, ante omnia videndum, quid sit libertas, quid servitus, Libertas est carentia servitutis, (i) Servi-

(h) Imo ne hanc quidem divisionem plene exequitur Tribonianus. Omisit enim divisionem in cives & peregrinos, quæ ad mediam capitis diminutionem pertinet. Scio quidem esse, qui excusent Tribonianum, quod hæc divisio magis respiciat jus publicum. Interim id parum ipsi prodesse poterit, cum jure Romano peregrini multa singularia haberent etiam intuitu juris privatione dominii, conjugii, testamenti factionis &c. Unde hæc excusatio quidem locum habitura esset, si quis institutiones juris Germanici scriberet, ubi peregrini jura connubiorum, testamenti factiones &c. habent.

(gg) Communiter dicitur secundum statum libertatis homines dividi in Liberos & Servos: sed id abusive fit, cum fundamentum divisionis debeat esse commune utrique speciei divise.

(hh) Servi habent conditionem §. ult. hic non statum, atque t. t. de cap. Minut. §. 4. eod. Non sunt personæ sed res & pertinent ad res, ff. de A. R. D. vocantur tamen abusive personæ, quatenus sunt instrumenta Dominorum, qui v. g. obligationem & dominium acquirunt iisdem t. t. per quas personæ cuique dominium, item obligatio acquiritur. Item intuitu juris naturalis & status humani in

tus est necessitas faciendi, quod alii velint in suam (k) utilitatem, qui hoc intuitu Domini dicuntur.

§. VI.

Servitus est vel domestica vel civilis. Ibi mancipia vel famuli serviunt domino, hic subditi serviunt Regi vel Principi absolute imperanti, vel vera Majestate gaudenti. (l)

§. VII.

Contra libertas est, vel naturalis, quæ nullum habet oppositum, cum omnis servitus sit ex institutione

A 3

humana-

in genere habentur pro personis. Unde diverso hoc respectu, modo injuriæ sunt capaces, modo illis injuria non fit.

§. 2. inst. de his qui sui vel alieni jur. juncto §. 3. de injur.

(i) Non naturalis facultas faciendi quid velis. Libertas enim, quam hic quaerimus, qualitas moralis est, non physica, & præterea humanæ naturæ non repugnat servitus, etsi hand dubie ante introductionem servitutem omnes homines fuerint liberi. Ita cape §. 1. & 2. *ibid. pr. instit. de Libert.*

(k) Unde differt servitus ab obedientia, quam liberi debent parentibus. Patria potestas enim jure naturæ respicit

primario utilitatem liberorum non patris. At in societate herili primario suam utilitatem quaerit dominus. Plura ad explicationem utriusque definitionis facientia quaere in Dn. Præsid. *Dissert. de hominibus propriis §. 34. seq. & 40.*

(l) Majestas enim est summa civitatis ubique potestas. Unde qui absolute imperat, deum vera majestate gaudet. Adeoque in monarchia vera omnes subditi servi sunt, sed servi civiles. Neque distinctio inter monarchiam & imperium despoticum magni usus est. Omnia hæc latius ostensa sunt. *ibid. §. 39. 44. seq.*

(m) Quodsi statim trimembrem

13
956

a

(h)
tur
ju-
pro

ute
uid
vi-
tus

tur
ho-
Ser-
cum
de-
spe-

tio-
at-
§. 4
res;
R. D.
fo-
ena-
bli-
qui-
fo-
bli-
ritu
ani
in

humana, vel gentium, quæ oritur ex introductione servitutis. Et hæc iterum est vel domestica patrumfamilias, vel civilis, Regis nempe in Monarchia, Nobilium in Aristocratia, civium in Democratia. (m)

§. IIX.

*Differentia
genuina
mancipio-
rum & fa-
mulorum.*

Ad præsentem titulum pertinet libertas & servitus domestica. (n) Servi domestici sunt vel mancipia, à servando servi, à manu capiendo mancipia dicti. (o) vel famuli, inter quos jure Gentium non alia est essentialis differentia, quam quod mancipia sint in proprietate dominorum, unde & rebus æquiparantur, famuli vero serviant absque proprietate. (p)

§. IX.

*Jura civilia
de servis non
confundenda
cum jure
Gentium.*

At legibus & moribus civilibus singuli populi communi Gentium juri vel aliquid addiderunt, vel detraxerunt.

brem libertatis divisionem dare velis, poteris dicere, libertatem esse vel naturalem, vel gentium, vel civilem; Nam libertas & servitus juris Gentium, plerumque de domesticis dicuntur. Adde ibidem §. 49. seq. (n) Ergo peccavit Tribonianus, quod cum definire debuisset libertatem juris Gentium, definiverit libertatem naturalem, quæ non habet oppositum.

(o) §. 3. *Inst. htc.*

(p) Etenim Dn. Præses in *de Et a Disput. §. 23. seq.* latius protulit, quod differentia inter mancipia & famulos seu servos mercenarios jure Gentium non sit quærenda in conventionem vel captivitate, nec in jure vitæ & necis, nec in potestate coercendi arctiore aut laxiore, nec in acquisitione dominorum per servos, nec in eminentia dignitatis vel conditionis, nec in libertate actionum majore

traxerunt in materia servitutis. Unde decet jura de servis & liberis hominibus ex singulorum populorum legibus & moribus deducere, (q) cum facile contingere possit, ut servi unius populi utantur in quibusdam tali jure, à quo apud alium populum servi excluduntur.

§. X.

Jure Gentium communi servi primitus fiunt ca-^{Jure Gen-} privitate, postea nascuntur ex ancillis nostris. (r) Jure^{tium servi} civili alii modi superadditi sunt. ^{vel sunt vel nascuntur.}

§. XI.

Ita Jure Romano liber homo per venditionem ser-^{Jure Roma-} vus fieri non poterat, neque erat in commercio, (s) ^{no fiebant,} etsi apud alios populos servi etiam per venditionem ^{vel venditio-} aliumve contractum fieri possent. (t) Si tamen quis ^{ne fraudu-} fraudulenta venditione pretii participandi causa se ^{lentia.} venditari passus esset, in pœnam libertatem amittebat. (u)

§. XII. Sunt

<p>majori vel minore, sed primario in sola proprietate, & quod mancipia rebus accenseantur, utpote ex qua etiam reliquæ differentie profuunt.</p> <p>(q) Hinc revera committitur <i>μεταβασις εις άλλο γένος</i>, si quis jura unius populi deducere velit ex juribus populi alterius.</p> <p>(r) §. 4. <i>Inst. b. i. §. 17. 19. de R. D. & A. E. D.</i></p>	<p>(s) <i>L. 37. ff. L. 10. Cod. de Liberti causa L. 13. princ. ff. ad L. Aquil.</i></p> <p>(t) Ita apud Hebræos licebat se in servitutem vendere vide Seldenum de <i>J. N. & G. sec. disc. Hebr. Libr. 6. c. 7. Levit. c. 25. v. 39. Deut. c. 15. v. 17.</i></p> <p>(u) §. <i>ult. b. i.</i> Requisita pœnæ, si quis se passus sit venundare vid. apud Vinnium in <i>notis hic.</i> Paulum Voetium in <i>Comment. ad d. §. ult. Exemplum</i></p>
---	---

§. XII.

*Vel aliis mo-
dis.*

Sunt & alii modi juris Romani, quibus quis in pœnam servus fieret, damnatorum ad metallum, item bestiis subjectorum. (v) Si libertus ingratus existeret, (x) ex Scto Claudiano, quo libera mulier servili amore bacchata libertatem amittebat, quam pœnam ipse Justinianus sustulit, (y) assignatio ejus, qui ab alio assertus post cautionem præstitam edictis citatus per annum absens fuerit (z) &c.

§. XIII.

*Regula juris
civilis Roma-
ni de servis.*

Quemadmodum igitur quod ad jus naturale attrinet omnes homines æquales sunt, (a) & quoad jus Gentium differentia inter servos & liberos homines hæcenus est indicata, (b) ita quoad jus civile Romanum servi pro nullis habentur. (c)

§. XIV.

plum elegans ejusmodi fraudulentæ venditionis tradit Plautus in Persa, ubi Saturionis filia venditur lenoni, ac multæ fraudes ibidem depinguntur, quæ in ejusmodi venditionibus fraudulentis occurrere solebant. vide *Atius 1. Scenam 3. v. 55. seq. Ati. 3. Sc. 1. Ac. 4. St. 3. & 9.* Sed hanc pœnam postea iterum abrogavit Leo Imperator, pœnam verberum ejus loco constituens tam in eum, qui se venundari passus est, quam in

eum qui vendidit, *Corfit. 59. (w) §. 3. inst. quibus modis ju par. por. coll.*
(x) *L. 6. in fin. de agnosce. Libe- ris L. 5. de J. patron. L. 7. ad SCum Silan. & ibi Jacob Gothofr.*
(y) *Inst. de Success. sublati in fine.*
(z) *L. 1. §. 2. C. de asserti. tollenda.*
(a) *L. 32 ff. de R. J. ibique Dionys. Gothofredus.*
(b) *§. 8. seq. conf. princ. inst. de Libertinis.*
(c) *D. L. 32. & ibi Gothof.*

(d) B. Stryk.

§. XIV. Intellige quoad jura civium Romanorum, quæ secundum doctrinam communem potissimum consistebant intuitu juris privati in jure connubiorum, contractuum & testamentorum. (d) Id est servus non habebat uxorem, patriam potestatem, nullam aut donatio propter nuptias locum habebat in contubernio Servorum, non capax erat servus Domini aut obligationis, quicquid acquirebat, acquirebat domino, non succedebatur ei ab intestato, nec testamentum faciebat &c. (e)

Ejus explicatio.

§. XV.

Cum vero distinctio in servos & liberos homines sit juris Gentium, regula autem, quod servi pro nullis habeantur, sit juris civilis Romani, hinc sua sponte sequitur, quod cessante vel mutata regula illa propterea servi non desinant esse servi. (f)

Regula illa sublata non tollitur status servilis sed jus servorum.

B

§. XVI.

(d) B. Stryk. *Uf. Mod. ad tit. de stat. hom. §. 6.* D. Georg. Beyer *ad insit. b. tit. post. §. 5. sed vide tamen infra c. 2. §. 56. seq.*
 (e) Singula hæc probationibus non habent opus, sed rationibus constant. Plura huc pertinentia vide apud Wilsenbach. *in Comment. ad d. L. 32.*
 (f) Quia scilicet ut diximus jus civile addit vel detrahitur juri Gentium vel statui servili, quem servi jure Gentium habent. Ergo cum jus civile multo magis mutabile sit & varians, quam jus Gentium, poterit etiam unum jus civile servus plura aut pauciora jura indulgere, quam alterum; imo unum idemque jus civile id diversis temporibus facere potest, & si faciat, natura rei & sensus communis ostendit, jus servorum variare, non servos propterea desinere esse servos. Cape exemplum: Etiam peregrini jure Romano non habebant jura connubiorum, contractu-

s in
tem
iste
vili
nam
alio
per

atti-
Gen-
&te-
li ser-

XIV.
59.
li ju
Libe-
Crim
o sint
enda.
Dico
off. de
Stryk.

13
a

§. XVI.

*Uti in Repu-
blica Roma-
na factum
post intro-
ductum Chri-
stianismum.*

Non ergo mirandum, quod post introductum Christianismum varia jura ratione servorum fuerint mutata, (g) tam intuitu constitutionis, quod etiam per conventionem potuerit quis in statum servilem detrudi, (h) quam intuitu effectus, quod servis permiffum fuerit matrimonium, (i) & quod ipsis licuerit aliquid habere proprium. (k) Propterea tamen non desierant esse servi, sed facti sunt servi alterius generis. (l)

§. XVII.

*Coloni, Gle-
be adscripti
veri sunt
servi, non li-
beri homi-
nes.*

Unde nescio, quid juris Romani interpretibus in mentem venerit, ut communiter (m) hos colonos, in-

tractuum, testamentorum: Sed ista quidem fufius hic do-
Apud alias vero Gentes diver- cere institutum nostrum non
sum quid obtinuit. Propte- patitur.
rea tamen peregrini apud alias
Gentes non desierunt esse pe- (h) *L. Unic. Cod. Theod. de his
qui sanguinolentos emtos vel nu-
triosos acceperint lib. 5. tit. 8. ubi-
que Jacobus Gothofredus.*
regrini, & pro civibus fuerunt
habiti.

(g) Uti introducto Christia-
nismo jura aliorum statuum
valde alterata fuere, ita idem
haud dubie contigit intuitu
servorum. Res digna foret,
ut ex codice Theodosiano pa-
riter & Justiniano fufius dedu-
ceretur. Cui intentioni maxi-
me inferviet paratitlon Jacobi
Gothofredi *ad Tit. Cod. Theodo-
siani de fugitivis Colonis lib. 5. tit. 9.*

(i) *L. ult. cod. Justin. de agric.
Lib. XI.*
(k) Vid. Jacob. Gothofredus
*in dist. paratitl. Tom. I. f. 453. ver-
fic. ult.*

(l) Unde est quod servi &
coloni nomine sepius distin-
guantur. vid. Jac. Gothofredi
*D. L. p. 451. Versic. ult. & p. 449.
vers. 1.*

(m) Videantur Doctores
commu-

quilinos, Glebæ adscriptos &c. statuerint esse non servos sed liberos homines, cum tamen & sæpius servi dicantur, & dominos habeant, & in horum proprietate sint, (n) nec usquam in jure liberi esse dicantur, (o) sed saltem videri esse ingenuos. (p)

§. XIII.

Ex eadem vero ratione servi omnes mercenarii *Quid de ser-*
 B 2 *vis mercena-*
riis dicen-

communiter ad tit. Cod. de agricolis & censuris, & colonis. Adde Gudelinum de jure Noviss. lib. 1. cap. 5. Ubi miratur, quod Hugo Donellus dissentiat.

(n) Vid. Jac. Gothofr. d. p. 452. vers. 1.

(o) opponitur quidem L. 2. C. in quibus causis Colon. cens. dominos accus. possunt. Verbis: *Colonicibus duntaxat adscripti scuti ab his liberi sunt, quibus eos tributis subjectos non faciunt: ita bis quibus annuis functionibus, & debitis conditionis obnoxii sunt, penes est, ut quadam dediti servitute videantur*: Nequaquam vero hic dicitur, quod coloni hi quoad alios liberi sint uti explicat Dav. Mevius in Bedencken von Bauern c. 1. n. 8. Sed quod ab aliis liberi sint, id est, quod alios do-

minos non habeant, quam possessores & dominos glebæ: Ita quilibet servus etiam in veteri Republica ante Christianam religionem introductam, eodem sensu ab aliis liberi vocari possunt. Deinde etsi forte occurreret in legibus Christianorum Imperatorum, quod servi hi vocarentur liberi, quis tamen in legibus Christianorum Imperatorum, ubi stylus tumidus ubiq; regnat, quæreret proprietatem vocabulorum? Sufficit, quod Dominos habuerint. Uti vero Poeta dixit:

Qui Rex est, Regem, Pontice non habeat:

Sic eodem modo canon hic valet: *Qui liber est, dominum non habeat.*

(p) L. Un. Cod. de Colon. Thurnensibus, verbis; *Licet conditione vide-*

servi erunt, nam & hi dominos habent. (q) Sed tamen non ita vocantur? Utique à Jctis Romanis. Ergo lis erit saltem de nomine, in quo erimus faciles, modo in re conveniamus. Sunt servi jure Gentium, non habentur pro servis jure Romano. Imo & secundum jus Romanum dici poterit, eos in servitute esse. (r) Nec obstat, quod jura pleraque cum liberis hominibus communia habeant, sufficit quod non omnia, quantum nempè à dominis differunt, quibus serviunt.

§. XIX.

*In Servorum
condicione
triplex differ-
rentia.*

Ergo cum in servorum conditione hætenus habuerimus triplicem differentiam, cum pace Triboniani notare licebit, falsum esse quod docuerit, nullam esse differentiam; (s) nam valet saltem hæc assertio de servis primi generis ante Imperatorem Constantinum. M. (t)

§. XX.

Error Triboniani non excusandus.

Nec excusari poterit Tribonianus, quod, ut diximus,

viderentur ingenui, servi tamen terra ipsius, cui nati sunt existimantur.

(q) Vide supra §. 8. Dominus & servus sunt correlata. Horum unoposito, necesse est, ut correlatum adsit.

(r) argumento §. 1. *inst. de ingenuis.*

(s) §. ult. *inst. h. t.*

(t) Scilicet quod hi habeantur secundum tradita §. 13. pro nullis, tam intuitu juris publici

quam privati. Nam ratione officiorum & in his erant multæ differentiæ: Erant enim servi publici, actores, dispensatores, atrienfes, toparii, ordinarii, vicarii, pædagogii, capsarii, mediastini, focarii &c. Erant etiam alio respectu, compediti, vincti, alligati, liberi &c. de quibus vide Paulum Voetium *ad instit. h. t. p. 106.* qui plures citat aucthores.

(u) Sed

mus, servi mercenarii & famuli jure Romano non habiti sint pro servis, saltem enim non debuisset omittere colonos & glebæ adscriptitios, qui jure Romano, ut probavimus, & servi sunt, & sic dicuntur. (u)

(u) Sed Marcianus tamen ita scripsit *L. 5. pr. de stat. hom.* Unde hunc paragraphum descripsit Tribonianus. Recte quidem Marcianus, quia ejus tempore nondum erant tales coloni & Glebæ adscripti. Non recte Tribonianus, cujus tempore existebant.

CAPVT II.

Usus practicus juris Romani in foris Germaniæ.

SUMMARIA.

Desiderata in doctrina Jurorum de usu practico tituli. §. I. Distinctio in homines liberos & servos apud Germanos perpetuo fuit & est in usu. §. 2. Leges tamen Romanae de servis nunquam. §. 3. Fons errorum communium, ignorantia voluntaria & neglectus historiae & antiquitatum germaniae. §. 4. Germanorum servi toto calo diversi a Romanis. §. 5. Conditio servorum apud Germanos. §. 6. Servi per alex lusum facti. §. 7. Educatio servorum cum ingenuis. §. 8. Apud Germanos antiquissimis temporibus homines vel liberi vel servi. §. 9. Modi constituendi primarii, captivitas & venditio. §. 10. Servi ministeriales seu famuli. §. 11. Servi Francorum sub Merovingis, §. 12. sub Carolo M. §. 13. Casati & Gasindi. §. 14. Fiscalmi, ecclesiastici, beneficiarii. §. 15. Liti an servi an liberi.

berti. §. 16. Slavi circa seculum X. §. 17. Explicatur
 Conringius. §. 18. Servi adhuc seculo XIV. §. 19. Er-
 ror Bodini de sublata inter Christianos servitute an-
 no 1250. §. 20. Fabule hujus origo. §. 21. Cur exi-
 stentia hominum propriorum eam nondum extinxerit.
 §. 22. Variæ radices hujus præjudicii. §. 23. Quod
 sensui communi repugnat. §. 24. Falsæ rationes hu-
 jus erroris. Quasi scilicet vitiosa sit origo servitutis.
 §. 25. Item quasi inter Christianos sit bellum civile.
 §. 26. Ubi falso supponitur, unam esse civitatem in-
 ter principes Christianos. §. 27. Quod inventum ar-
 canis politicis Papatus est accensendum. §. 28. Cui et-
 iam originem debet dimisso captivorum accepto lyro.
 §. 29. Cui accesserunt aliæ causæ intuitu Germano-
 rum. §. 30. Non probatur per illum morem abrogatio
 servitutis: (1) quia infideles bello capti sunt servi. §. 31.
 Non tam jure retorsionis, quam jure belli. §. 32. Ne-
 que tamen in his obtinent jura Romana. §. 33. Chri-
 stiani a Turcis capti etiam apud nos servi sunt. §. 34.
 Etiam si fæctione legis Cornelia & juris postliminii apud
 nos non sit opus. §. 35. Etiam si testamenti fæctione
 gaudeant. §. 36. (2) quia potius inde probatur, capti-
 vitatem adhuc esse modum constituendi servos. §. 37.
 (3) Quia præter captivitatem alii adhuc sunt modi
 constituendi servos. §. 38. Quod docent leges imperii
 seculo XIV. §. 39. & XV. §. 40. & XVII. §. 41. Et
 adhuc instr. pacis Monast. §. 42. Sunt autem isti mo-
 di (1) nativitas. §. 43. (Cautela hic observanda. Una
 de variatione jurium. §. 44. Altera de fontibus deci-
 cendi quæstiones controversas. §. 45.) Etiam in Ger-
 mania

mania liberi hominum propriorum in dubio sequuntur conditionem matris. §. 46. (2) Matrimonio. §. 47. (3) Conventione. §. 48. Etiam tacita. §. 49. Notatur error Georgii Schulzii. §. 50. (4) Prescriptione. §. 51. Jura communia Germanorum circa homines proprios. §. 52. Argumentum dissentientium, qui homines proprios dicunt esse liberos homines. §. 53. Quia videlicet habeant jura connubiorum, contractuum, testamentorum. §. 54. Sed praterquam quod hic adhibeatur insufficientis enumeratio jurium communium civium Romanorum. §. 55. Respondetur in genere jura illa connubiorum &c. non probare probanda. §. 56. In specie quoad matrimonia hominum propriorum. §. 57. Quoad eorum contractus. §. 58. Quoad eorum testamenta. §. 59. Quod ulterius illustratur. §. 60. Querela de saxitia dominorum non probat libertatem hominum propriorum. §. 61. Gasindi Germanorum. §. 62. An homines proprii? §. 63. Origo consuetudinis, quod famuli habiti sint pro hominibus liberis. §. 64. Jura circa famulos seu servos mercenarios varia in Germania. §. 65. Sepe per praxin deterior conditio dominorum quam famulorum. §. 66. Rusticorum nostrorum conditio parum differens est a conditione servorum. §. 67. Jurisdictio patrimonialis est ipsa potestas dominica. §. 68. Et exigua inter illam & hanc est differentia. §. 69. Servorum Romanorum melior conditio, quam vilis plebis & rusticorum apud Germanos. §. 70. Differentia rusticorum nostrorum ab hominibus propriis. §. 71.

§. I.

§. I.

*Desiderata
in doctrina
Juriorum de
usu practico
tituli.*

Malum omen etiam apud eos, qui hactenus de usu practico juris Romani in foris Germaniæ sententias suas dixerunt, quod statim in initio institutionum variis modis impingant, (w) videlicet ideo, quod de usu practico disserere soleant sine certis fundamentis vel juris gentium vel juris patrii, sed vel externos, vel unus alterum absque judicio soleant exscribere, aut ita glebæ juris Romani sint adscripti, ut non audeant extra terminos artis suæ (videlicet) loqui.

§. II.

*Distinctio in
homines li-
beros & ser-
vos apud
Germanos
perpetuo fuit
& est in usu.*

Quamvis igitur fundamenti loco poni solear, in confesso esse, quod summa illa personarum divisio, hodie in imperio Romano non amplius usu serverur, nobis tamen in confesso id omne esse nequit, quod repugnat rectæ rationi. Quomodo enim distinctio quæ juri gentium originem debet, & apud omnes gentes obtinet, apud solos Germanos exulare possit unquam (x)

§. III.

(w) Scilicet, distinctionem sticos nostros esse liberos hominum in liberos & servos minores &c. Quæ singula erronea esse docebunt sequentia.

(x) Hæc est probatio a priori. Miror, cur Doctoribus non etiam venerit in mentem, non amplius apud Germanos usum habere distinctionem inter imperantes & subditos, cives & peregrinos, parentes & liberos, maritos & uxores. Eadem enim & nostræ divisionis est ratio.

(y) Quia

§. III.

Alia est quæstio an legum Romanarum de servis ^{Leges tamen} _{Romane de} ^{servis nun-} _{quam.} fit usus practicus in Germania & ejus foris. Quam cordate negamus, nec unquam fuisse, nec hodie num esse, (y) etiam intuitu legum, quæ de colonis & glebæ adscriptis disponunt, etli quoad hos dissentiant communiter. (z)

C

§. IV. Sed

(y) Quia ut statim ostendemus mores Germanorum circa servos & olim & hodie à moribus Germanorum perpetuo fuere diversi. Qui tamen commendant studiosis doctrinam juris Romani de servis, ac ea propter etiam in compendiis volunt exponi librum 47. Pandectarum, ob usum videlicet theoreticum in explicatione aliorum legum (ut Svendend. in notis ad lib. 40. Compend. Eckholdiani) eos non moror, cum nobis non contradicant, videlicet sollicitis de usu practico.

(z) Etli enim servi Germanorum aliquam habeant convenientiam cum glebæ adscriptis colonis Romanorum, cum tamen servi Germanorum eam conditionem habuerint ante quam jus Romanum Germanis fuerit cognitum, inde leges Romanorum etiam hoc intuitu non possunt præbere argumentum aliud quam à simili. At talia argumenta pertinent ad usum theoreticum. Unde non male Mevius in Bedencken von Bauren qu. 1. n. 2. Wie der mehrere Theil deren / so den Titul eines rechtsgelehrten sich anmassen / der Unart ist / daß wenn sie von denen Dingen und Gewohnheiten / so in Teutschland sich heutiges Tages begeben / urtheilen sollen / auff des Römischen Reichs vor Alters gemachte Satzungen und Ordnungen alleine sehen / dabey aber vergessen / daß die Zeiten / und mit denselben alle Dinge veränderlich sind / Darumb zum öfftern weit verfehlen / und sich stossen; so geschieht das selb

IV.

*Fons erro-
rum commu-
nium, igno-
rantia volun-
taria & ne-
glectus histo-
riae & anti-
quitatum
Germaniae.*

Sed non mirandum, quod Doctores in hoc capi-
te tam graviter erraverint; Aperte enim profitentur,
quod non profit ad doctrinam de usu practico juris Ro-
mani in foris Germaniae, scire, an unquam in Germa-
nia tales servi fuerint, quales Romanis legibus descri-
pti sint. Nobis contra firmiter persuasum est, utilis-
simum fore, si mores pristinos Germanorum circa ser-
vos fundamenti loco posuerimus, cum in multis con-
veniant hodierna jura Germanorum in genere, cum
antiquis institutis ac moribus. (a)

§. V.

*Germano-
rum servi to-
to caelo diver-
si à Romanis.*

Quemadmodum vero Germanorum in aliis omni-
bus juris capitibus diversissimi à Romanis fuere mo-
res, (b) ita idem etiam in servis obtinuisse Tacitus per-
spicue docet.

§. VI. Ser-

selb auch in dieser Materie, so-
die Bauers-Leute / die man zu
diesen Zeiten findet / angehet / de-
nen viele alles ohne Unterscheid /
was man in jure veteri Roma-
no von den agricolis, colonis,
adscriptitiis, rusticanis und der-
gleichen Leuten liestet / appliciren/
und darnach ihre Meinung rich-
ten. In eo tamen fallitur Me-
vius, quod non obscure sup-
ponat, jura Germanorum di-
versa à Romanis mutasse dispo-
sitionem juris Justinianei, cum
potius eo intuitu id nunquam
receperint.
(a) Fuerunt enim Germani
valde tenaces morum pristi-
norum. Et in universum illa
omnia quae aliquam videntur
convenientiam habere cum
jure Justiniano, turius dedu-
cuntur ex moribus Germano-
rum pristinis, quam ut deri-
ventur a Romanis.
(b) Quod maxime patet ex
toto

§. VI.

Servis igitur Germani non in morem Romanum *Conditio ser-*
 descriptis per familiam ministeriis utebantur; suam *vorum apud*
 quisque ædem, suos penates regebat. Frumenti mo- *Germanos.*
 dum dominus aut pecoris, aut vestis, ut apud Roma-
 nos colono injungebat, & servus hæcenus parebat.
 Cætera domus officia, uxor ac liberi exequiebantur.
 Verberare servum, ac vinculis & opere coercere ra-
 rum: occidere solebant, non disciplina & severitate,
 sed impetu & ira, ut inimicum, nisi quod impune. (c)

§. VII.

Porro Germani aleam etiam sobrii inter serua *Servi per*
 ercebant, tanta lucrandi perdendique temeritate, ut *alea lufum*
 cum omnia defecerint, extremo ac novissimo jactu de *fatti.*
 libertate & de corpore contenderent. Victus volun-
 tariam servitutem adibat, & quamvis junior, quamvis
 robustior, alligari se ac venire patiebatur, quam per-
 tinaciam fidem appellabant. Solebant tamen servos
 conditionis hujus per commercia tradere, ut se quo-
 que pudore victoriæ exsolverent. (d)

C 2

§. IIX. Cæ-

toto libello Taciti de moribus Germano-
 Germanorum, utpote qui eum rum describi à Tacito, eosque
 in finem à Tacito conscriptus vocari servos, uti & erant. Conf.
 est, & explicari etiam commodè dictam disputationem de boni-
 ac intelligi nequit, seposita hac nibus propriis *ib. 67. & 69.*
 hypothesi. Vidè dictam dissert.
de homin. propriis §. 6.

(d) Tacit, c. 24. d. Disput.

(c) Tacitus de mor, Germ. c. 25. *ib. 66.*

(e) Ta-

§. IIX.

*Educatio
servorū cum
ingenuis.*

Cæterum dominus & servus nullis educationis deliciis dignoscebantur; inter eadem pecora, in eadem humo degebant, donec ætas separaret ingenuos, virtus agnosceret (e)

§. IX.

*Apud Ger-
manos anti-
quisimis
temporibus
homines vel
liberi vel ser-
vi.*

Scilicet olim apud Germanos in statu Reipublicæ liberæ communis erat distinctio in liberos & servos. Liberi erant patresfamilias, hodiernis nobilibus in rure degentibus intuitu potestatis domesticæ aliquo modo comparandi: servi erant, quos hodie rusticos dicimus. Cives municipales & urbanos, ignoratis urbibus ipsi ignorabant. (f)

§. X.

*Modi consti-
tuendi pri-
marii, Capti-
vitas & ven-
ditio.*

Non vero est dubium, servos hos Germanorum fuisse maximam partem in bello per captivitatem acquisitos, servitutemque ad progeniem servorum transfuisse. Quia & uti apud alias gentes non prohibita erat alienatio libertatis, ita nec ille modus Germanis fuit incognitus. (g)

§. XI. Ne-

(e) Tacitus cap. 20. Habes iterum conversationem liberorum ingenuorum cum servilibus, wie es noch heute auff dem Lande hergethet. conf. *d. disput. th. 68.*

(f) *d. disput. §. 64, 65. Ad*

de disput. Dn. Praesidis *de juræ dandi civitatem §. 6. seq.*

(g) De Hebræis jam diximus supra cap. 1. th. 11. lit. 1. De Germanis modo §. 7. adduximus venditionem per aleam conf. Paul. Voet. *ad §. 4. Inst. h. t. n. 2. 3. & mox §. 16.*

(h) *d. disput.*

§. XI.

Neque etiam est dubium, quin quibusdam servis *Servi minis*
 etiam ad ministeria familiae usi fuerint. *Serviales seu*
 autem illo tempore ministeria familiae, fere in pecua- *fanuli.*
 ria, agricultura, venatione. (h) Ergo nec famulos
 ignoravit Germania antiqua, quorum tamen conditio
 non videtur multum diversa fuisse à conditione reliquo-
 rum servorum. (i)

§. XII.

Manfit idem status servorum sub regno Franco- *Servi Fran-*
 rum. Etenim quod lineam Merovingam attinet, jam *corum sub*
 illud saltem adducam, quod Clodovæus primus ex Chri- *Merovingis.*
 stianis Francorum Rex Alemannos bello subactos gra-
 vissimo servitutis jugo subjecerit. (k)

§. XIII.

Carolus M. ex Saxonibus devictis multos in Gal- *Sub Carol. M.*
 liam & Belgium compulit, multos reliquit quidem, sed
 conditione servili affectos. (l) Tantum abest, ut,
 C 3 quod

(h) *d. disput. de hom. propr. §. 7. Tacitus de morib. Germ. V. 2. 3. Dn. Præfidis de origin. feudal. §. 15. XIV. 7. XV. 1. seq. lit. e. p. 56. Potgiesser de condi-*

(i) Fuere enim officia vilia. *Germanos L. 1. cap. 2. §. 25. seq.*
 Et mancipia ipsa bello capta à Germanis benigniter tracta-
 bantur per dicta §. 6. & 8.

(k) Vid. quos citant B. Her- *(l) Hertius ibid. Nec obstat,*
tius de hom. propriis Sect. I. §. 1. quod Carolus M. Saxonibus
libertatem dederit vel reddide-
rit. Ea enim, quæ in thesi di-
llustris Coccejus juris publ. prud. cuntur, intelligenda sunt de
§. 9. §. 11. Multa huc pertinen-
 West.

quod nonnulli fabulantur, servitutem penitus sustulerit. (m)

§. XIV.

Casati & Gasindi.

Mansit etiam distinctio inter servos agricolas & ministeriales seu casatos, hodie colaten, & gasindos, hodie gesinde. (n) Unde bubulci, carpentarii, custodes equorum, ferrarii, molinarii. (o)

§. XV.

Fiscalini, Ecclesiastici, beneficiarii.

Porro cum Reges non tantum Ecclesiasticis, sed & aliis personis donarent servos, fiscales, seu fiscalini, qui ad Reges pertinebant, ab Ecclesiasticis seu Ecclesiarum servis, & beneficiariis seu privatorum mancipiis distincti sunt. (p)

§. XVI.

Liti, an servi, an liberi?

Erat etiam certum genus servorum, qui liti dicebantur, qui videlicet ob paupertatem vel delictum alteri se in servitutem mancipaverant, quamvis ab aliis etiam

Westphalia, quam Carolus M. a Saxonia divulsit & immediate subjecit regno. Dn. Coccejus d. l. conf. Potgiesser d. tract. l. 1. c. 2. §. 35.
 (m) Hertius *ibid. not. f.* ubi citat Gryphiandr.
 (n) Hertius §. 2. Potgiesser L. 1. c. 3. §. 22. *seq.* Putat equidem Hertius ob tantam servorum multitudinem obtinuisse, ut servi etiam ad ministeria familiae

reciperentur. Sed si de prima origine ministerialium loquitur non consentimus, ob dicta §. 11. conf. de Merovingis pasim Gregor. Turon. Interim non negamus, ministeria istis temporibus fuisse aucta novis & forte incognitis antea generibus.
 (o) Hertius *ibid. in not. su.*
 (p) Hertius §. 3. Potgiesser L. 1. c. 3. §. 17. *seq.*

(q) Her-

etiam illi referantur ad liberos, ab aliis ad servos mercenarios. (q)

§. XVII.

Circa Seculum X. accessit novum genus servo-*Slavi circa*
rum, qui Slavi vocabantur a populis Slavorum, potis-*Seculum X.*
simum ab Henrico Leone, & Alberto Urfo in servitu-
tem redactis, & per totam fere Europam dispersis, un-
de & apud Germanos totum genus mancipiorum vo-
cantur *Slaven.* (r)

§. XVIII.

Quod igitur Conringius (s) scribit, omnes pene *Explicatur*
servos per universam Germaniam ex pietatis fervore *Conringius.*
post annum Christi 900. fuisse emancipatos, non eum
sensum habet, ac si servitus in Germania penitus fuerit
sublata; (r) id enim aperte falsum esse ostendit B. Her-
tius. (u) Sed quod sub Henrici Aucupis imperio ad
coercendas vastationes hostium multæ urbes muni-
tæ fuerint extractæ, eumque in finem servi manu-
missi, (w)

§. XIX.

(q) Hertius §. 4. Potgiesser <i>d. c. 3. §. 35. seq. D. Dissert. de</i> <i>hom. propriis §. 83. Inspicienda</i> sunt ipsa verba diplomatum, ex quibus varia excerpta habebis apud Hertium & Potgiesserum, ubi modo denotant liberos, modo servos. Conf. disput. Dn. Præsidis <i>de origin. feudal. th. 15.</i> <i>Lit. c. p. 27.</i>	(r) Hertius §. 5. Potgiesser <i>d.</i> <i>c. 3. §. 57. seq.</i> (s) Conring. <i>de urbibus Ger-</i> <i>mania §. 81.</i> (t) Uti Hertius videtur intel- lexisse Conringium <i>d. L. sect. 2.</i> §. 1. (u) Ibidem. (w) Fuere etiam manumis- siones servorum ab episco- pis
---	---

§. XIX.

*Servi adhuc
Seculo 14.*

Captos in bello, quod Imperator & Papa indixerit, suo adhuc tempore servos fieri dixere Bartolus & Baldus, qui Seculo decimo quarto floruerunt. (x)

§. XX.

*Error Bodini
de sublata
inter Chri-
stianos servi-
tute anno
1250.*

Quare multipliciter erravit Bodinus, in libris de Republica scribens, Christianos anno 1250. servitutem à suis cervicibus repulisse. Neque enim aliam rationem hujus assertionis afferre potuit, quam quod Bartolus, (quem floruisse dicit anno 1300.) scripserit, sua ætate nullos omnino servos extitisse, quodque Abbas Panormitanus, cum hoc à Bartolo didicisset, singulari nota id dignum existimaverit. (y)

§. XXI.

*Fabula hu-
jus origo.*

Ergo tota illa assertio de obrogata inter Christianos servitute, quanta quanta est, fabula est. Nusquam enim

pis Italicis promotæ, partim ex commiseratione erga servos, inter quos multi ex Italia oriundi erant, partim ut horum manumissorum opera uterentur ad commodas sedes in urbibus sibi parandas. Unde suaserunt Germanis, ut multos rusticos ejusmodi manumitterent, utque eo facilius id obtinerent, pro superstitione illorum temporum docebant, manumissiones ejusmodi ad salu-

tem animæ proficere manumittentibus. Vid. dissert. Dn. Præsidis de jure dandi civitatem §. 10. 11, 19, 20.

(x) Hertius d. §. 1. ubi tamen dicit, Bartolum floruisse seculo 13. Bartolus natus est. 1313. mortuus 1355. vel 57. Baldus defunctus 1400 Pancirol. de clar. Leg. interpr. l. 2. c. 67. & 70.

(y) Bodinus Lib. 1. de Republ. cap. 5. p. m. 62. unde postea Bodinus

enim extat lex servitutem abrogans. Sed error hic originem debet Jctis Italis jura Romana cum moribus Germanorum confundentibus, & postea, Academiis in Germania ortis, etiam Jctis Germanis, omnes Germaniæ mores cum Romanorum institutis nimis inconvenienter comparantibus,

§. XXII.

Vix credet posteritas, quomodo hic error poterit introduci in animos Jctorum Germanorum, cum homines proprii, *Leibeigene Leute*/adhuc hodie in multis locis durante fabulam illam existentia sua sic refutent, ut pueri id palpare possint. (z) Sed ut vides, præjudicium autoritatis & hic Jctos nostros occæcavit, ut docerent ea quæ evidentissimam contradictionem involvunt. (a)

Cur existentia hominum propriorum eam nondum extinxerit.

D XXIII.

in maximis fuit constitutus angustius, quomodo se ab objectionibus, de existentia servorum in Gallia adhuc seculo decimo quarto, liberaret.

huc illud ambulavit. Interrogante philosopho, quid ageret, respondit; oppono tibi. Solve hoc argumentum. Annon idem est? defenditur non dari servos, & tamen fatemur, nos habere homines proprios.

(z) Nullum fortius argumentum, quam quod in sensu incurrit. Convicti de actuali existentia, quomodo dubitare possumus de potentia existentibus. Diogenes, cum Philosophus alius defenderet motum non dari, in auditorio surgens

(a) Est enim contradictio juridica liberum esse & hominem proprium esse. Cui *freyer Leibeigener* vel *ein Leibeigener freyer Mensch*. Sed tamen hoc vitio ordini nostro veri non debet. Cum ejusmodi contradictiones

nes

§. XXIII.

*Varia radices
hujus
prejudicii.*

Postquam enim semel Abbati Panormitano creditum fuit, servitutum inter Christianos esse abrogatam, postquam Jcti Itali mancipia Germanorum non servos appellarunt, sed homines proprios, postquam observatum est, homines proprios aliis juribus gaudere quam servos Romanorum sub Imperatoribus, potissimum Ethnicis, crediderunt etiam Jcti Germani, doctrinam suam ex lacunis Glossatorum Italicorum haurientes, homines proprios non esse servos, (b) & adhuc hodie credunt. (c)

XXIV.

nes occurrant in erroribus omnium quatuor facultatum. Nec mirum, cum philosophi hodiernum non sine applausu doceant, sensus falli.

(b) Qui de hominibus propriis & servitute personali scriperunt, Jcti, Hufanus, Jacobinus, Bonacossa, Hermannus Stamm, omnes eo vitio laborant. Sed hi etiam apud Germanos in foris haecenus sunt allegati tanquam testes omnium exceptione majores.

(c) Ipse David Mevius in Bedencken von Bauers Leuten ab hoc errore non immunis est. Etsi enim statim initio quaestio- nis primæ hunc nævum agno-

verit, (vide supra §. 3. lit. 2.) omnes tamen assertiones suas illustrare & probare voluit ex legibus Romanis & Glossatoribus, nullas fere ex antiquitatibus Romanis. Quare non mirandum etiam, quod & alii hodie- num de servis Germanorum & hominibus propriis scribentes, vel secure exscribant Bodinum, vel tanquam si res indubia sit, ad ejus auctoritatem provocent, conf. ipsum Hertium *disa selt.* 2. §. 1. Primus, quod sciam, qui post Dn. Praxidis doctrinam §. 32. *de jure danda civitatis* desipere incepit, est Potgiesserus. *d. cap.* 3. lib. 1. §. 29. seq.

(d) Si

§. XXIV.

Sed illa quidem ratio, quod jura hominum priorum in multis differant à juribus servorum Romanorum, non poterat in errore illo tam diu detinere. Ergo solum præjudicium autoritatis hujus erroris tam pertinaciter defensi fere unica causa est dicenda.

Quod sensus communis repugnat.

§. XXV.

Cum igitur abrogatio servitutis inter Christianos inter somnia vigilantium sit referenda, frustra inquirunt interpretes juris in rationem abrogationis. Compiler juris Saxonici haud dubie in eo erravit quod putaverit, servitutem originem sumfisse ex vi injusta, (e) cum tamen ipsa distinctio hominum in liberos & servos etiam in ipso jure Saxonico fundata sit, (f)

Falsa rationes hujus erroris. Quasi scilicet visio, si sit origo servitutis.

§. XXVI.

Neque tamen propterea excusabilandus est compiler juris Saxonici, sed barbarie seculi sui facile excusabilior.

Item quasi inter Christianos sit bellum civile.

D 2

(d) Si enim illa ratio aliquid valeret, ut propterea homines proprii non dicendi sint servi, dicendum etiam esset, servos Germanorum tempore Taciti non fuisse servos; dicendum esset, uxores Germanorum non esse veras uxores, quia in multis matrimonia nostra differant a conjugii Romanorum. conf. supra. §. 3.

rechter Wahrheit zu sagen so hat Eigenschaft von Gezwange und Gefängnis / und von unrechter Gewalt ihren Ursprung / die man vor Alter in eine unrechte Gezwohnheit gezogen hat / und nun vor Recht halten will.

(F) Lib. 3. art. 32. item art. 69. Urtheil sollen Sie finden nächstern über ieglichen man / er sey eigen oder frey.

(e) Lib. 3. art. 42 in fine: Nach

(g) Al-

cre-
ga-
non
nam
pau-
po-
iani,
rum
) &
KIV.
z.) o-
as il-
x fe-
ribz,
ribus
iran-
odie-
um &
ntes,
numi
a sit
cent.
a feli.
b, qui
am s-
ipere
3. cap.
(d) si



fationem merebitur. Neque etiam melior est ratio Jctorum, qui in clarissima luce adhuc tenebras amant, rationem videlicet, cur Christiani non possint per captivitatē Christianorum servi fieri, illam proferentes, quasi bella Christianorum sint plus quam civilia, quia omnes sint in Christo fratres; quasi in Christo capite membra unius corporis simus, & Ecclesia Christianorum una sit & vulgo credatur civitas. (g)

§. XXVII.

*Ubi falso
supponitur,
unam esse ci-
vitatē in-
ter Principes
Christianos.*

Et eo magis hodie pudore affici deberemus, pro-
vocandi ad rationem tam ineptam, cum jam ante 60.
annos falsitatem asserti illius, quod Christianorum sit una
civitas, agnoverit Arnisæus, (h) neque curare debea-
mus hodie istud vulgus, quod olim, talia credidit in
Papatu.

§. XXIX.

*Quod inven-
tum arcanis
Politicis Pa-
patus est ac-
censendum.*

Et oportet hodie nares valde obefas habere, si
quis non sentiat, quid Pontifex & Doctores Pontificii
illa evidenter falsa assertione intenderint, scilicet Papam
tanquam

(g) Albericus Gentilis de jure unam civitatem politicam. Nam
Belli lib. 3. cap. 9. ubi plures ci- bella geruntur non à civibus Ec-
tat. Adhuc alios Authores ci- clesie, quatenus talibus, sed à civi-
tat B. Strykius in usu mod. ad tit. bus Rerumpublicarum mundanarum,
de statu hominum. §. 2. rum, in quas quia varidè describitur,

(h) De Rep. lib. 1. c. 3. S. Et. 7. n. 9. & divisi sunt Christiani, sicut in-
& 10. Quodsi, ait, à bellorum ci- ternitate spiritali, politicio Gen-
viliū jure ad bella Christianorum tium jure erga se uti possunt, &
argumentari liceret, demonstran- servitutes inter se constituere.
dum foret, Christianos concludi in

(i) Unde

tanquam vicarium Christi esse caput Principum Christianorum, hos vero esse si non subditos Pontificis, saltem ejus directioni subiectos, uti membra reliqua humana diriguntur à capite. Et tamen Protestantes JCti, hodiènum illud arcanum Politicum nondum olfaciunt. (i)

§. XXIX.

Et si vero tandem pontifex & ejus affectu persuaserint Principibus Europæis, ut alios Christianos bello captos non amplius in servitute detinerent, sed lytro accepto dimitterent, non tamen credendum est, istum morem juri Gentium adscribendum esse, (k) aut pietatis intuitu fuisse introductum, alias enim & bella debuisse inter Christianos abrogari. (l) Sed ut diximus, occasionem dedit superstitioni & arcanum politicum Papatus. (m)

Cui etiam originem debet dimissio captivorum accepto lytro.

§. XXX.

Accesit interesse particulare ipsorum germanorum, inter quos temporibus interregni & subsequenti- rum, antequam pax profana firmiter constitui- bus seculis, antequam pax profana firmiter constitui- posset, perpetua erant bella vere civilia. Adde, quod, Cui accesserunt alie cause intuitu Germanorum.

D 3 cum

(i) Unde nec vitio vertendum erit Arniseo, quod in d. l. pergat, pietatem, & justitiam moderatricem æquitatem suam, ut Principes Christiani alios Christianos in bello captos non faciant servos.

de Lytro Sect. 1.
(1) Recte Arniseus d. Sect. 7. n. 8. in fine. Ubi justum bellum, ibi & justa servitus, quia victoria justa tradit omnia in manus victoris, tam corpora quam bona.
(m) Conf. Hertium d. Sect. 1. §. 8. p. 238. & §. 9.

(k) vid. Beat. Hertium Diff. (n) D.

cum singuli fere status, cum singulis bella gerent, servi capti facile aufugere & ita non commode amplius servari & custodiri possent. (n)

§. XXXI.

Non probatur per illum morem abrogatum servitutis: (1) quia infideles bello capti sunt servi.

Non tam jure retorsionis, quam jure belli.

Neque in his obtinent jura Romana.

Sed neque tamen iste mos dimittendi captivos dato lytro probat, servitutem hodie apud Germanos esse sublatam, quia primo valet adhuc modus constituendi servos per captivitatem, intuitu Turcarum aut aliorum infidelium in bello captorum.

§. XXXII.

Et quidem, quod Turci, Æthiopes, Tartari à Christianis bello capti, hodiernum servi fiant, nolim ex æquissimo retorsionis jure derivare, (o) sed potius ex jure belli antiquissimo, & quia hi non ita facile aufugere & se in libertatem vindicare possunt.

§. XXXIII.

Propterea tamen non fiunt servi Romani, & falsum adeo est, quod Romanorum jura de servis in Turcis nostris bello captis locum habeant, (p) cum multa ejus juris capita ad statum Germanorum plane non quadrent. Neque enim Turcæ capti ita comparati sunt, ut per eos multa acquirere possimus, multo minus, ut heredes instituantur, neque peculiorum apud Germanos usus est: neque actiones noxales ad eos applicari possunt.

(n) D. disput. Dn. Præsid. de homin. propr. §. 80. quamvis has causas non memoret Hertius d. l.

(o) Conf. B. Strykius cit. loc. §. 3. & 4.

(p) Nisi quatenus repetant com.

sunt, quia ipsæ actiones directæ cessant. Neque subtilitates ædilitii edicti circa venditionem mancipiorum sunt in viridi observantia, neque modi manumittendi Romanorum à nobis usurpantur, nec jus Patronatus Domino manumittenti multum prodesse poterit, & quæ sunt similia. (q)

§. XXXIV.

Cum vero Christiani à Turcis capti ex eodem *Christiani à Turcis capti etiam apud nos servi sunt.* jure Gentium fiant servi, & ratio juris Gentium velit, ut ejusmodi servorum jura quæ apud suos cives habebant, maneat in suspenso, ac restituantur iis post reditum ex captivitate, hinc nulla ratio prægnans subest, cur Christianos ejusmodi captivos velimus pro hominibus liberis apud nos habere. (r) Neque enim timendum est cum Covarruvia, (s) quod ita afflictis addatur afflictio, non magis ac si ibidem ægrotantes habeamus pro ægrotis. (t)

§. XXXV.

communissimos mores juris Gentium.

(q) Latius ista deduxit Dn. Praes. *disp. variar. Hist. jurid. disp. 6.*

(r) Schilter. *Ex. 3. ad ff. ib. 2. 3.*

B. Strykius in *Uf. mod. d. 1. §. 4.*

(s) Locum Covarruvie referunt autores modo citati.

(t) Ostendit autem d. locus Covarruvie, quod fundamentalis error hujus autoris in eo

constiterit, quod putaverit, omne bellum Turcarum contra Christianos injustum esse, quia injuste detineant terras Christianorum. Unde illa ratio de non addenda afflictione afflictis saltem utcumque connexa est cum aliquo fundamento, etsi erroneo. At cum istam hypothefin de bello Turcarum semper injusto ipse Schilterus non habeat pro sufficiente

§. XXXV.

Etiam si fictione legis Corneliae & juris Postliminii apud nos non sit opus.

Quod vero intuitu Christianorum à Turcis captorum non opus sit fictione legis Corneliae, aut juris postliminii, id non probat, eos apud nos pro servis non haberi: (u) Nam uti ex parte eorum, qui nobiscum sentiunt, nostra sententia non probatur per eam observationem, quod per leges Germanorum non sit derogatum legi Corneliae & juri postliminii, (w) ita dicta §. precedente docent, quod Christiani à Turcis capti salvi sint, etiam si jure Gentium jura eorum apud suos concives sint in suspenso. Ut ita lege Cornelia & jure postliminii non habeant opus, (x)

§. XXXVI.

ficiente *d. ib. 3.* & ejus insufficientiam satis empharice ostenderit Arniseus *d. Sect. 7. n. 8.* & nemo sana mente præditus eam apud Protestantes serio defendere possit, sed quilibet facile intelligat, & illam pertinere ad Arcana Politica Papæ, quibus usus est in introducendis & commendandis cruciatis, quarum tamen noxam, quam dederunt Imperio Germanico, hodie omnes pene Protestantes agnoscunt; hinc ratio illa de non addenda afflictis afflictione, apud nostrates, tanquam omni plane connexionione destituta, non potest non evadere ridicula.

(u) Uti tamen Schilterus *d. §. 3.* videtur argumentari.

(w) Nam hic recte respondet Schilterus *ibid. §. 2. lit. b.* non opus habere derogatione legem Corneliae Romanorum & jus postliminii, quia apud Germanos nunquam fuerint recepta. Fiktionen item legis Corneliae ut & juris postliminii esse inventa juris Romani; at Germanos in materia servitutum magis fuisse secutos mores simplices Gentium.

(x) Ergo Schilterus, (& qui cum eo sentiunt,) ex sua propria observatione adducta in *lit. præced.*

§. XXXVI.

Sed tamen urgent dissentientes, capti à Turcis Christiani habent testamenti factionem. (y) Respon-^{Etiamsi te-} sio (1) & hanc assertionem petere principium & re-^{stamenti fa-} sionem negari ab aliis, (z) quia in materia testamento-^{ctione gau-} rum haud dubie sequimur jus civile, quatenus id non ^{deant.} contradicit juri Canonico. (a) (2) Etiamsi demus, quod habeant testamenti factionem, tamen exinde non probatur, quod apud nos pro servis non habeantur, quia etiam servi Germanorum salvo statu servili testamenti factionem habere possunt, ut patebit ex infra dicendis. (b)

§. XXXVII.

Deinde secundo (c) tantum abest, ut dimissio (2) Quia po-
captorum in bellis Christianorum cum Christianis ac-^{tius inde pro-} cepto lytro probet, sublatum esse modum servos con-^{batur, capti-} stituendi per captivitatem, ut potius invertamus argu-^{vitatem ad-} mentum, & ex ipso jure postulandi lytrum ab ejusmo-^{duc esse mo-} di captivis probemus, eos per captivitatem servos eva-^{dum consti-} luisse. ^{tuendi ser-}

E

Præced. capiet responzionem ad objectionem formatam.

(y) Vide B. Stryk, *Us. mod.* d. l. §. 4.

(z) Ut à Stammio, *de Servit. Person.* L. 1. c. 4. §. 7. Kulpisio *de adoptionibus Imperii* §. 4. p. 6.

(a) At jure civili Romano capti ab hostibus non habent testamenti factionem. Nec

contradicit hic jus Canonicum.

Ut taceam casum non esse da-

bilem, ut Christianus captus

à Turcis testamentum condat

solemnitatibus à jure civili re-

quisitis.

(b) Vid. *infra* §. 57.

(c) Connexionem quære *supra* §. 32.

(d) Vid.

fisse. Nam & apud Romanos & alias Gentes aliquando in usu fuit, ejusmodi servos captos dimittere soluto lytro. (d)

§. XXXVIII.

(3) *Quia præter captivitatem alii adhuc sunt modi constituendi servos.*

Tertio, posito etiam, quod per dimissionem captivorum dato vel promisso lytro probetur, captivitatem non amplius hodie esse modum constituendi servos, propterea tamen non poterit exinde probari, servitatem plane defuisse apud Germanos, quia præter captivitatem adhuc sunt alii modi, quibus servi aut nascantur, aut fiant. (e)

§. XXXIX.

Quod docent leges Imperii Seculo 14.

Probat hęc assertio initio per ipsas leges & consuetudines Germaniæ. Nam adhuc Seculo 14. in Caroli IV. Aurea Bulla & Seculo 15. in Bulla Aurea Sigismundi multa disponuntur de Pfalburgeris in præjudicium Dominorum non recipiendis. Est inter eas constitutiones & illa, ne homines proprii in cives recipiantur, secus si factum fuerit, ut liceat Dominis vindicare eos intra annum, quæ vindicatio vocatur *das Besatzungs Recht / Satz-Recht.* (f)

§. XL.

Et 15.

Dispositum etiam legitur in variis ordinibus adhuc seculo 15. editis, quod scabini non creari poterint hominibus.

(d) Vid. Hertius *Señ. 1. de jam Arniseus d. l. 1. Sect. 7. n. 10. Lytro §. 12.*

(e) Vide *cap. 1. §. 10. 11. 12. Ob- part. 1. c. 14. n. 96. seq. Adde Wenservavit hanc responsonem* *ckeri emlatum de Pfalburgeris.*

(g) *Dat.*

homines proprii, unde toties fit mentio in Speculo Saxonico Schöppenbar-freyer Leute. (g)

§. XLI.

Porro disceptatio superioris seculi inter Electorem Palatinum & alios status Imperii super Wildfangiaru, laudo Hailbrunnensi composita, docet, quod in Palatinatu extra legitimum matrimonium nati; alii- que advenæ, qui ibi ac in vicinis quibusdam locis per annum & diem subsisterunt, proprii homines & quidem eo fere modo fiant, quo fera bestia capitur, unde & talis homo ein Wildfang dicitur. (h)

Et 17.

§. XLII.

Novissime instrumentum pacis Westphalicæ durationem servitutis ejusque usum practicum in Germania memorat, dum jubet, quod subditi diversæ religionis à religione domini, spontaneam suscipientes emigrationem *servitutis* aut ullo alio prætextu impediri non debeant. (i)

Et adhuc in-
strum. pacis
Monast.

§. XLIII.

Ut autem de singulis ipsis modis constituendi servos præter captivitatem notabilia quædam addamus, *illi modi* (1) constituuntur etiam nativitate homines proprii in Germania perinde ut apud Romanos, quia hic modus juris Gentium est, sed de eo tamen dissentiunt Dd, an par-
tus

E 2

tus

(g) Dattius d. l. part. 4. cap. 3. n. 42. fol. 742. Adde jus Provinciale Saxonicum lib. 3. art. 81.

(h) B. Strykius *Us. mod. ad tit. de stat. hom. §. 11.*

(i) *Instr. pacis Monast. art. 5. §. 57. in fine.*

(k) Jus

tus apud Germanos sequatur conditionem patris an matris?

§. XLIV.

(Cautela hic observanda. Una de variatione juris.)

Ad quam, antequam respondeam, noto duas cautelas, non in hoc solum, sed & in sequentibus quaestionibus subinde observandas. (1) Variare insigniter jura provinciarum Germaniae circa servos seu homines proprios, adeoque quae in una provincia hoc modo obtinent, aliter observari in alia, ut vix possit unversalis responsio dari ad quaestiones propositas, (k)

§. XLV.

Altem de fontibus decidendi quaestiones controversas.)

(2) Quaestiones de jura circa servos vel homines proprios vel rusticos Germanorum non definiendas esse ex legibus Romanis, sed ex legibus aut moribus Germanorum. (1)

§. XLVI.

(k) Jus Saxon. provinc. *Lib. 3. art. 42.* Nun so last euch nicht wundern/ daß diß Buch so wenig sagt von Dienstleutrecht. Denn es ist also mannigfalt/ daß niemand sein zu Ende kommen kan noch mag. Denn unter jeglichen Bischöffen und Epsten und Epstsin haben die Dienstleute sonderliche recht und darum kan ich hie diß alles nicht entscheiden. Errat igitur Hertius de homin. propr. *§. 1. 2. §. 1.* asserens ideo in jure Saxonico adeo pauca de servorum conditione tradidit quia illo tempore jam desierint esse servi, aut quia in d. art. 42. tanquam ratio addatur, Da man das Recht zu ersten feste/ Da was kein Dienstmann ic. (1) Ob rationes jam supra indicatas §. 3. Opus erit hac cautela maxime circa consilium Mevii de rusticorum status, cum tantum non ubique leges Romanas & glossatores alleget. Unde magis commendari & Mevio praferri meo retur

§. XLVI.

His ita suppositis, etsi Mevius circa hanc quaestio-
nem pro regula supponat, quod liberi hominum
propriorum sequantur conditionem patris, (m) cum
tamen rationes decidendi petat ex legibus Romanis,
& constitutionibus Imperatorum Graecorum, potius in
dubio praeferenda est sententia contraria, quod matris
conditio praeferenda sit, ut quae & juri Gentium, (n)
& principii juris Germanici convenientior est. (o)

Etiam in Germania liberi hominum propria in dubio sequuntur conditionem matris.

§. XLVII.

Porro cum homines proprii Germanorum etiam
contrahant matrimonium jure ecclesiastico firmum &
indissolubile, ratio postulavit, ut & matrimonium sit
modus constituendi hominem proprium, qui antea
E 3 talis

(2) Matrimonio.

rerur Hertius, qui in dissert. de hominibus propriis rationes decidendi ex fontibus genuinis petit.
(m) Mevius in Bedencken von Bauren. qu. 2. n. 21. seq. 34. seq. etsi varias limitationes ibidem addat.
(n) Vide modo dicta ib. 44.
(o) Hertius de homin. propriis lib. 3. ib. 4. Bayrisch Landrecht ib. 4. art. 5. Wenn beyde Eheleut eigen / sollen die Söhne der Mutter / die Töchter aber dem Vater nachfolgen. Item art. 8.

Ist der Vater frey und die Mutter leibeigen / so sind die Kinder auch leibeigen. Ist dann die Mutter frey / und verheyraethet sich unwissend zu einen leibeigenen Mann / so sind die Kinder auch frey. Thäte sie es aber wissendlich / soll sie und ihre Kinder für leibeigen gehalten werden.
Unde dixi in dubio, ubi contrarium receptum est, ex ratione civili recessum est a regula juris Gentium, quod partus quoad dominium sequatur ventrem.

(p) Conf.

talis non erat, siue liber sciens duxerit ancillam, siue libera sciens nupserit homini proprio. (p)

§. XLVIII.

(3) *Conuentione.*

Constituuntur etiam pactis & conuentionibus homines proprii, idque iure Germanorum uerustissimo, ut iam supra diximus. (q) Olim etiam ex nimia deuotione aut potius superstitione liberi homines se addebant in seruitutem, uidelicet Clero, Ecclesiis & Monasteriis. Tantum uero abest, ut unquam communibus Germaniæ (r) moribus leges Romanæ de prohibita sui ipsius uenditione in seruitutem fuerint receptæ, ut adhuc hodiernum liceat se alteri, ut hominem proprium uendere, quin & in quibusdam locis ob debita contracta obtinet mancipatio in seruitutem. (s)

§. XLIX.

Etiam tacita.

Quid quod & tacita conuentionio hic sufficit, v. g. habi.

(p) Conf. modo dicta ex iure Bavarico. Adde Mevium *d. qu. 2. n. 144. seq.* Major difficultas est, si homo proprius alterius domini, duxerat ancillam alterius domini, siue domino sciens, siue inscio. Vid. Mevius *ibidem n. 153. seq.* ubi tamen magis placet sententia eorum, qui putant, dominum scientem & tacentem aut consentientem siue sponsi siue sponse amittere dominium suum, si alter dominus non pariter consenserit. Etsi dissentiat Mevius *n. 177.* Adde Hertium *Señ. 1. §. 4.*

(q) *Supra th. 10.*

(r) Unde non obstat, quod Carolus Calvus interdixerit Francis, ne se in seruitutem addicant. Vide Capit. Caroli Calvi *tit. 36. §. 34.*

(s) Hertius *d. Señ. 1. §. 4. & Señ. 2. §. 3.* Mevius *d. qu. 2. n. 46. seq.*

(c) *Hert.*

habitatio per annum tempus, ubi jus Wildfangiatus obtinet. Ita etiam in Algovia, ubi obtinet proverbium.

Die Luft macht leibeigen. (t)

§. L.

Quare errant, qui incaute sequuntur Georg. *Notatur, error Georgii Schultzium*, (u) ac si jure Saxonico dispositum sit, quod nemo se possit in servitutum vendere, neq; enim textus allegati id probant. (w)

LI. Quin

(t) Hertius *d. Sect. 3. §. 3.* spricht / er sey sein eigen / also
 (u) *In Synopsi instit. ad h. t. lit. b.* daß er sich ihm ergeben hat / das
 (w) *Provocat equidem ad textus Weichbild. art. 2. & Landrecht lib. 3. art. 42. quorum ille ex hoc desumptus est. Utrobique ita dicitur: Wir haben auch noch in unsern Rechten / daß sich selber niemand zu eigen geben mag / seine Erben wiederreden das wohl. Sed ut taceam, commentarium pilatorem juris Saxonici in illo articulo toto de origine & moralitate servitutis pro barbarie Seculi illius, misere errasse, ut ex parte jam supra §. 26. notatum est; conferendus est hic locus cum alio magis perspicuo eod. libro 3. art. 32. Wer sich frey nennet / und daß ein ander* mag jener mit seinem Eyde wohl unschuldig werden. (Ergo nisi reus se purget juramento, valebit illa conventio, etiam extrajudicialis,) es sey dann für Gericht geschehen (tum valet hæc conventio & hic adeo habes regulam, jam sequitur exceptio.) Wenn sich vor Gericht jemand zu eigen giebt / sein Erbe mag es wohl widersprechen mit recht / und ein jeglicher sein Freund / und ihn wiederbringen an seine Freyheit. (Non quod ipsa conventio sit ipso jure nulla, sed ne quid fiat in fraudem legis prohibentis, ne quis bona sua per donationem in alterum transferat, nisi judicialiter,

§. LI.

(4) *Præscri-
ptione.*

Quin & præscriptione constituitur servitus apud Germanos, quorsum proprie referenda sunt, quæ modo (x) de conventionem tacita diximus. Secundum principia equidem juris Germanici regulariter præscriptione annua, (y) Post receptum tamen jus Romanum ejusque mixturam cum jure patrio pro diversitate circumstantiarum modo decennio, modo tricennio. (z)

§. LII.

*Jura dom-
manorum Ger-
manorum
circa homi-
nes proprios.*

Quod igitur usum distinctionis in liberos & servos intuitu Germaniæ attinet, etsi confusio interpretum

liter, & cum consensu heredis ab intestato per textum expressum *Lib. 1. art. 52. ab initio.* Behält ihn aber der Herr / dem er sich gab bis an seinem Tode (sine contradictione heredis) er (Dominus) nicht sein Erbe nach seinem Tode / und seine Kinder / ob sie nach ihm gehören / die er gewonnen / nachdem das er sich ihm ergab. Ex quibus ultimis verbis iterum patet, quod addictio voluntaria in servitum fuerit licita & effectu suo non destituta.

(x) *Vide §. 50.*(y) *Mevius d. qu. 1. n. 104. seq.*

uti de Palatino Wildfangiatu nullum est dubium. Adde quod jure Germanico res mobiles præscribantur anno. Sic & jure Canonico, quod diu ante jus civile obtinuit in Germania, libertas præscribitur anno. *C. si servus sciente 20. dist. 54.*

(z) *Mevius ibid. n. 111. seq.* Bayrisch Landrecht *tit. 4. §. 10.* Wenn jemand nicht weiß / daß er leibeigen / aber der Herr solches / wo der leibeigen sich aufgehalten / wohl weiß / und dem noch das Leibgeld in dreißig Jahren nicht eingefordert / oder eingee

tum juris & aliæ rationes effecerint, ut conditio hominum propriorum, pro diversitate locorum variet, adeoque in genere vix aliquid certi de iis dici possit, (a) in sequentibus tamen punctis plerisque in locis conveniunt. Non possunt pro lubitu matrimonium inire, sed ex consensu Domini: Obligantur Domino ad operas præstandas, Frohndienste: Item ad pensiones alias in Gallinis &c. Non sibi sed dominis possident prædia: Conventione vel ultima voluntate ad alios possunt transmitti: Domini iis mortuis eorum hereditate, præcipuum sibi vindicant: Denique possunt vindicari à dominis & manumitti. (b)

§. LIII.

Quamvis autem jam supra (c) fuerit monitum contradictionem involvere illam assertionem, quæ ho-

Argumentum dissentientium, quæ homines proprios dicunt esse liberos homines.

F

eingenommen / der soll für frey passiret werden.

(a) Vide §. 45. Wehnerus voce Leibeigenschaft. Hertius Sect. 2. §. 2. in notis. Mev. qu. 1. n. 11. item n. 29. seq.

(b) Hæc singula latius exposuit Hertius Sect. 3. §. 3. seq. Variationes jurum circa homines proprios præcipue respiciunt quaestiones speciales circa illa summa capita in thesi recensita. Ita quidem v. g. in ge-

nere homines proprii alienari possunt à Dominis, sed an soli absque prædiis, an solum cum prædiis alienatio fieri possit variat praxis in foëis Germanorum; quæ variatio vel variationibus moribus Germanorum ipsorum, vel confusione doctrinæ juris Romani de colonis & glebæ adscriptitiis, cum moribus patriis, est adscribenda. Conf. Mevium. qu. 2. n. 91. seq.

(c) Supra §. 23. seq.

(d) L. 32.

mines proprios vult esse liberos homines, adeoque frustraneum esse videatur, respondere rationibus eorum, qui probare volunt contradictoria esse vera, ne tamen ulla causa conquerendi iisdem culpa nostra etiam levissima relinquatur; age videamus quid pro iis afferatur, & respondeamus.

LIV.

Quia videlicet habeantur cum connubiorum, contractuum, testamentorum.

Probant igitur libertatem hominum propriorum exinde, quod participes sint ejusdem juris communis cum aliis civibus Romanis, quod de servis penitus afferi nequeat. (d) Participationem vero juris communis constituunt in jure connubiorum, contractuum & testamentorum, quæ singula hominibus propriis competere fufius monstrant. (e)

§. LV.

Sed præterquam quod hic adhibetur insufficientis enumeratio, jurium communium civium Romanorum.

Hic antequam respondeamus, liceat melioris illustrationis gratia rationem inquirere, cur dissentientes jus commune liberorum hominum præcisè in his tribus constituant, jure videlicet connubiorum, contractuum, testamentorum, cum tamen nobis non deprehendere licuerit autorem fide dignum, qui pro hac sententia allegari possit (f) & præterea nullum sit dubium, quin jura communia civium Romanorum etiam intuitu juris privati in aliis capitibus pluribus constiterint, v. g. in ipso statu libertatis, connubiis, patria potestate, jure

(d) *L. 32. de. R. j.*

(e) *Confer supra cap. 1. §. 14.*

(f) Neque enim pro hac sententia ullum autorem allegant ipsi dissentientes.

(g) *Ca.*

re legitimo domini, ut hereditatis, mancipii & nexu, usufructu & reliquiorum, item in jure testamentorum & tutelarum. (g) Ut raceam, quod jura contractuum magis sint communia omnibus hominibus, quam propria civibus Romanis, cum pacta servare sit præceptum juris naturæ, & contractus plerique etiam in jure Romano sint juris Gentium (h)

§. LVI.

Jam vero facile responderi potest, jura connubiorum, contractuum, testamentorum, in quæstionibus de statu libertatis aut servitutis incongrue plane afferri, cum hic primario respiciendum sit, an quis dominum habet nec ne, an quis in alterius proprietate sit nec ne, jura vero illa memorata accedant utrique statui, ita ut possint adesse & abesse, ac propterea non liber esse definat, qui jura hæc alicubi non habet v. g. peregrinus, nec pro libero quis sit habendus, etiam si illis jure gaudeat. (i)

Respondetur in genere, jura illa connubiorum & c. non probare probanda.

§. LVII.

Deinde sunt etiam quædam monenda circa positiones de matrimoniis, contractibus & testamentis hominum

In specie quo ad matrimonium hominum propriorum.

F 2

(g) Carolus Sigonius *de antiquo jure civium Romanorum* lib. 1. cap. 6. ab init. Dempsterus *Antiq. Roman. lib. 10. cap. 22. p. m. 1602.* Vinnius *in notis ad Inst. de Libertin. §. 3.* Jacob Olfenius *ad Instit. Caji lib. 1. tit. 2. p. 30.*

(h) Unde etiam ex autoribus allegatis quidam jura contractuum retulerunt ad jura communia civium Romanorum.

(i) Adde *cap. 1. §. 15. seq. & hoc capite §. 37.*

(k) Huc

minum propriorum. Contrahunt quidem matrimonia homines proprii, verum non qua servi, nec qua liberi, sed qua Christiani. Inde servorum infidelium apud nos non est matrimonium. (k)

§. LIIX.

Quoad co-
rum contra-
ctus.

Contractus hominum propriorum quod attinet, vereor, ne & hic multa præsupponantur quæ dubia & incerta sunt. Præsupponunt enim ejusmodi contractus, quod homines proprii aliquid proprii habeant, de quo contrahant, quod alii affirmant, alii negant. (l) Qui dissensus forte tolli potest inter homines proprios in superiore & inferiore Germania. Rationem differentiae alii quærunt in eo, quod in inferiore Germania v.g. Pomerania & Ducatu Megapolitano magis heriliter tractentur homines proprii, ob Slavorum ingenium, infidum ferre per & promptum ad rebellionem, ut necessarium visum fuerit, acerbior e eos servitute constringi. At liberiores eos

(k) Huc pertinet ex jure Canonico *t. r. de conjug. servorum.* tracto differit *d. qu. 2. n. 159. seq.* Illud quidem in quaestionibus hinc inde varias emendationes de conjugio hominum propriorum primario esse respiciendum concedo, inter protestantes tamen, quatenus receptum est, aut salvis principiis, doctrinæ protestantium receptum esse debebat. Unde facile judicari poterit, ea quæ Mevius de conjugio hominum propriorum invitis Dominis con-
tracto differit *d. qu. 2. n. 159. seq.* hinc inde varias emendationes mereri. Conf. & B. Strykium *in us. mod. ad tit. de stat. hom. §. 6.* ubi dissentit a Mevio, sed hic dissensus facile tolli potest, si consideres, quomodo Mevius *d. n. 159.* ad oppositum *cap. 1. x. de conjug. serv.* respondeat. (l) Vide Mev. *qu. 1. n. 34. seq.* B. Stryk. *d. l. §. 7.*

(m) Heo

eos esse in Hasfia & Suevia, (m) Forte & illa ratio afferri posset, quod in superiore Germania una cum Academicis citius cœperint homines proprii comparari cum colonis Romanorum, (n)

§. LIX.

Eadem observatio reperenda est in quæstione de ^{Quoad eor-} testamentis hominum propriorum. Adde quod Ger- ^{rum testa-} mania ante receptum jus civile testamenta ignorave- ^{menta} rit. Ergo verius est, homines proprios secundum communes Germaniæ mores non posse testari. Neque satis probatum est, introducta in Germaniam testamenti factione, eam etiam extensam esse ad homines proprios, imprimis, dum jure Romano regulariter servi testamenta condere non possint. Si ergo homines proprii testamenti factionem non habent moribus Germaniæ, nec jure Romano, quo jure itaque haberent, nisi ex errore Pragmaticorum.

§. LX.

Hoc certum est, de prædiis ipsis homines pro- ^{Quod ulter-} prios non posse testamenta condere, quia spectant ad ^{ius illustra-} Dominum. Imo & de reliquis reclus Dominus præ- ^{tur.} cipuum aufert. Nihil ergo vel parum restat de quo

F 3

(m) Hertius sect. 2. §. 2. (o) Unde jam facile respon-
Conf. Arnif. de Rep. l. 1. c. 3. deri potest dissentienti Mevio,
sect. 9. n. 3. qu. 1. n. 34. Conf. B. Stryk, d.
(n) Dn. Praef. de hom. propr. l. §. 8.
§. 87. 88.

(p) Stamm.

testari possint, (p) & si restaret, valeret saltem ex voluntate Dominorum, quales analogæ testamenti factiones etiam Romanis non erant plane incognitæ, ut apud quos etiam servus publicus & Prætoris olim pro parte dimidia testamenti factionem habebat, & tamen propterea non fiebat liber. (q)

§. LXI.

*Quærela de
sævitia Do-
minorum
non probat
libertatem
hominum
propriorum,*

Et quamvis de sævitia Domini homines proprii possint conqueri, non magis tamen propterea ad homines liberos referri merentur, aut jus standi in iudicio in genere iis tribui poterit, ac servi Romani, quibus etiam in casu sævitæ succurrebant leges. (r)

§. LXII.

*Gasindi Ger-
manorum.*

Porro homines proprii, uti omnes si casati sunt, sunt agricolæ, ita Gasindi etiam varia officia apud Germanos sustinebant, sed vilia atque cum officiis servorum Romanorum comparanda. Erant enim servi bubulci, carpentarii, custodes equorum, ferrarii, molinarii &c. (s)

§ LXIII. Et

(p) Stamm. lib. 3. c. 17. n. 8. Simon Leewius.

refert statutum, quod alicubi possint testamentum condere, saltem intuitu hominum suæ conditionis. (r) §. 2. instit. de his qui sui non alii juris sunt. Conf. B. Stryk. ibid. §. 8.

(q) Vid. Ulpian. in fragm. de testamentis tit. 20. §. ult. ibique §. 14. (s) Hertius sect. 1. §. 2. in notis circa finem. Conf. supra (t) Dat.

§. LXIII.

Et hi ministeriales servi, qui hodie famuli vo- *An homines proprii?*
cantur, apud Germanos mancipiis æquarabantur, & seculo adhuc 13. & 14. in multis documentis liberis hominibus opponerantur, unde & hi revera fuere servi & homines proprii, & adhuc hodie sunt, ubi dantur homines proprii. (t)

§. LXIV.

Postquam vero confusio aut non genuina inter- *Origo con-
suetudinis,
quod famuli
habiti sint
pro homini-
bus liberis.*
pretatio juris Romani, cum moribus Germanorum ex-
glebæ adscriptis & hominibus propriis fecit liberos ho-
mines, non mirandum, quod & ex reliquis, qui ope-
ras præstant in ipsa familia domini, liberos effecerit;
imprimis, cum quotidiana multiplicatio luxus, quæ
etiam pauperes multiplicat, & deficiens augmentatio
hominum propriorum introduxerit necessitatem con-
ducendi operas pauperum pro certa mercede annua,
vel etiam brevioris temporis: Inde in locis, ubi rusti-
ci non habentur amplius pro hominibus propriis, ipsi
rustici, multo magis famuli seu servi ministeriales, pro
liberis hominibus haberi solent, & in genere famuli in
urbibus majore libertate gaudent, quam in pagis. (u)

§. LXV. Et-

(t) Dattius de pace publica lib. 1. c. 14. n. 112. f. 110. & latius Autor der Lindauischen Aus-
führung lit. v. w. 1. fol. 589. (u) Nam in pagis adhuc Do-
minus seu Nobilis tractat suos famulos ut reliquos rusticos, & per sua judicia, quæ per mox dicenda nihil aliud sunt, quam

§. LXV.

*Jura circa
famulos seu
servos mer-
cenarios va-
ria in Ger-
mania,*

Et si enim Stammius aliique peculiaribus differ-
tationibus jura famulorum hodiernorum voluerint
certis assertionibus includere, praxis tamen ipsa &
mores ostendunt, jura circa famulos & servos merce-
narios in Germania pro diversitate provinciarum æque
variare ac jura circa homines proprios.

§. LXVI.

*Sæpe per pra-
xin deterior
conditio Do-
minorum
quam famu-
lorum.*

Id tamen non diffitendum, intempestivam curam,
leges Romanas antiquas cum novioribus de agricolis
& glebæ adscriptitiis confundendi, easque cum mo-
ribus patriis miscendi, famulos seu servos mercenarios
in multis urbibus potestati domesticæ patrumfamilias
fere plane exemisse, ac deteriorem fecisse sæpe condi-
tionem Dominorum, quam famulorum,

§. LXVII.

*Rusticorum
nostrorum
conditio pa-
rum diffe-
rens est a
conditione
servorum.*

Contra, quod rusticos nostros attinet, est illi
in multis locis pro servis seu hominibus propriis am-
plius

quam judicia domestica, æque rentiam communiter exhibeant
punit. At in urbibus, nisi Do- famuli Dominis. Causa hujus
minus sit valde potens, famuli rei potissima est adscribenda
Dominos coram Magistratu opinionioni Jctorum nostrorum,
conveniunt, etiam durante quasi controversiæ servorum
servitio, & Domini, si vel tan- nostrorum sint definiendæ ex
tillum excedant modos con- jure Romano, & quasi coloni
suetos coercendi, puniuntur; Romanorum fuerint homines
sed hoc pacto id effectum fuit, liberi.
ut in urbibus exiguam reve-

(w) Non

plus non habeantur, non ira multum tamen Dominis de potestate hic decessit, sed nomina saltem sunt mutata. Ipse enim nobilis vel prædii nobilis possessor revera Dominus est, etsi vocetur iudex vel magistratus. Rustici servi sunt, etsi vocentur subditi; potestas, qua nobilis in rusticos utitur, est potestas domestica, etsi vocetur jurisdictio.

§. LXIIX.

Dato enim uno absurdo plura secuta sunt. Juris-^{Jurisdictio} dictionem patrimonialem ignorant (w) leges Romanae; ^{patrimonialis est ipsa potestas domestica.} ignoravit olim tota Germania. Sed ut defendi posset, rusticos esse liberos homines, fingenda fuit jurisdictio patrimonialis, quæ nihil aliud est quam jurisdictio in homines qui sunt in patrimonio nostro, seu jurisdictio in servos, (x)

§. LXIX.

Eaque à potestate domestica parum in ipsa praxi ^{Et exigua inter illam & hanc est differentia.} differt, nisi, quod nobilis, ubi rustici vocantur liberi, non ex tempore determinet lites eorum, sed ad speciem judiciorum ritus quosdam adhibeat, eosque dijudicet per hominem, qui in Academiis, ubi jus Romanum docetur, aliquot annis vixit, & inde præsumtionem attulit, quasi jus Romanum melius intelligat, quam ipse nobilis.

G

§.LXX.

(w) Non confundenda tam stratus urbici in suos cives nem est jurisdictio hæc patrimonialis cum superioritate territoriali. Plura dicentur suo loco, de usu practico tituli pandectarum de jurisdictione.

(x) Unde jurisdictio Magi-

(y) Conf.

§. LXX.

*Servorum
Romanorum
melior con-
ditio, quam
vilis plebis &
rusticorum
apud Ger-
manos.*

Quam liberi vero sint & habeantur, aut esse pos-
sint rustici aut famuli in superiore Germania, & quan-
tum etiam gloriari soleant interpretes, quod Germania
ignoret servitutem, si tamen quis solidius rem ipsam
scrutetur, quam inanitatem terminorum, deprehendet,
conditionem servorum Romanorum in multis capitibus
meliorem fuisse conditione famulorum nostrorum, &
omnium hominum liberorum vilioris & plebejæ con-
ditionis. (y)

§. LXXI.

*Differentia
rusticorum
nostrorum
ab homini-
bus propriis.*

Denique etfi durior sit conditio rusticorum, quam
famulorum in urbibus, in eo tamen rustici ab homini-
bus propriis differunt, quod etfi rustici Domino præ-
stent operas rusticas, uti homines proprii, reliqua ta-
men jura circa homines proprios supra recensita in iis
non habeant locum. (z)

(y) Conf. disput. D. Præsid. quædam sunt errandanda que
Historico-Politico-juridicam 6. de rusticis ibi dicta sunt.
ubi tamen secundum hic dicta (z) Vide supra §. 33.

F I N I S.




ULB Halle
005 387 418

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Pri. 28. *Antonia C.*DISSERTATIO INAUGURALIS,
De**USU PRACTICO
DISTINCTIONIS
HOMINUM IN LIBEROS
ET SERVOS,**RECTORE ^{Quam} MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,**DN. PHILIPPO WILHELMO,**
PRINCIPE BORUSSIE, MARCHIONE BRAN-
DENB. ET DUCATUS MAGDEB. GUBER-
NATORE, RELIQUA.Ex decreto & auctoritate Illustris Jctorum ordinis
PRÆSIDE**DN. CHRISTIANO THOMASIO,**
POTENTISSIMI BORUSSIE REGIS CONSILIARIO
INTIMO, UNIVERSITATIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE
AC PROFESSORE PRIMARIO, ET FACULTATIS JURIDICÆ
ORDINARIO, h. t. DECANO,**PRO LICENTIA,**Summos in utroque jure honores & Privilegia Doctoralia
legitime consequendi
IN AUDITORIO MAJORIDie 30. Septembr. An. M DCC XI. horis ante & pomeridiana
Publico Eruditorum Examine submittit,**FRID. WILH. von der PORTZEN**

Clivia-Clivensis.

HALÆ MAGDEBYRGICÆ, LITERIS SALFELDIANIS.

